

per 40. continuos dies perfolu-
ro promittit Scriptor 20. anno-
rum indulgentiam et apparitionem
Deiparae ante obitum.

III. fol. 76. *Dialogus S. Grego-
rii*. Libri IV. quorum singulis E-
lenchus *Capitum* praefixus est. *Pro-
logus*, quem Noster vocat, inci-
pit: *Quadam die nimis quorundam
tumultibus secularium depressus
&c.* ut edit. *supracit.* T. II. col.
149. Ultima Libri IV. sunt: *si an-
te mortem deo hostia ipsi fuerimus.
Lectio castigatior, quam supra Pa-
storalis. In Prologo pro: amicitiiis
obstrictus Noster in amicitiiis adstri-
ctus, et ipsa nimirum carnis clau-
stra pro ipsa jam carnis claustra
&c.*

IV. fol. 168. Fabella pia de
Gregorio M. et quodam ejus ypo-
diacono *Petro*, qui Epistolam in
Missa legere non potuit, quia *com-
matrem* suam *Donatam* in consuendo
ejus indusio adjuvit, et deinceps
illusionem per somnum passus
est. Piget in fontem hujus com-
menti inquirere; initium tamen ad-
scribam. *Quadam die dum prepara-
raret se pontifex gregorius ad mis-
sam cantandam dixit ministris suis,
ut omnes prepararent se, diaconi
et subdiaconi numero VII. et dia-
conisse numero similiter &c.* Ger-
rae!

V. fol. 169. p. 2. absque in-
scriptione: *Gregorius genere ro-
manus arte philosophus gordiani vi-
ri clarissimi et beate siluie filius
&c.* Est *Vita* magni Pontificis scri-
pta a *Johanne Diacono*, et reprae-
sentata a *Maurianis* T. IV. *Opp.*

col. 23. fed in Codice cum C. 10.
abrumpitur.

CCCXCI.

Codex membraneus lat. Sec. R. 47
XIV. Folior. nunc 93. 4. chara-
ctere minutissimo simul et nitidissi-
mo per duas columnas exaratus,
coloribus distinctus, et olim, ut
pag. 1. subnotatur *Monachorum
congregationis sancte Justine de
padua, deputatus monasterio san-
ctorum Seuerini et Sossij (Sofii M.)
de neapoli*, varia complectitur,
quae ordine edicam. I. praemisso
*Capitum Elencho Incipit liber pa-
storalis Beati Gregorij urbis rome
summi pontificis scriptus ad Johanne-
nem (Ravennatem) episcopum.
Translatus ab Anastasio Antioche-
no episcopo in grecum.* Jussu nem-
pe *Mauritii* Imp. Liber hic T.
II. Edit. *Maur. Paris. 1705. p.
1. f.* in *Partes* IV. tributus nobis
continua *Capitum LXV.* serie de-
currit, quae tamen a C. XLVIII.
ad C. LXI. Codice excidere. Prae-
terea Syllabum illum *Admonendo-
rum*, qui in Edit. *cit. Partis* III.
c. 1. constituit, omittit Codex us-
que ad illa verba: *Aliter admo-
nendi igitur sunt viri, atque aliter
feminae, quia illis graviora &c.* et
fortasse consulto, quia, quae prae-
cedunt, indicationis magis speciem
habent, quam tractationis. Cete-
rum incipit, ut in Editis: *Pastora-
lis cure me pondera fugere &c.* et
finit: *tui memet meriti manus le-
uet.* Lectio etiam probe conspirat.

II.

II. fol. 17. sequitur *Traſtatus de caſu hominis et ejus reparatio- ne*. Brevis Allegoria, cujus initium: *Rex quidam potens et predi- ues id eſt deus quo nichil ditius ni- chil potentius. filium habuit. homi- nem ſcilicet aquis baptiſmi regene- ratum in filium adoptauit. cui me-*

diam dedit hereditatem quando eum ad ſuam creauit imaginem, totam repromittens ſi deuote ſeruiret &c. Et finis: *De conciuſe ſic recepto io- cundantur angeli. qui triumphat co- ronatus potens factus ex humili.* Subditur *Triftichon*, quod ego de *Pedo* episcopali interpretor:

Collige, ſuſtenta, ſtimula vaga, morbida, lenta.

Hoc eſt paſtoris. hoc uirga figurat honoris.

Attrabe per primum, medio rege, punge per imum.

III. fol. 19. Incipit prologus *Hugonis prioris de ſancto laurentio in libro de claſtro anime*. Interim ad calcem Operis *Laurentio* eraſo ſubſtitutus eſt *Victor*. Qui *Hugo- nis a S. Victore* Opera III. Tomis vulgauerunt *Rothomagi* 1648. f. ad calcem *Claſtri Animae*, quod T. II. p. 42. legitur, fatentur, ſibi quoque Codicem viſum, qui *Cla- ſtrum* iſtud *Hugoni de S. Laurentio* Priori Canon. Reg. in agro *Ambianenſi*, aliis dicto de *Folieto* tribueret, itaque rem in medio relinquunt. Aſt alii aperte pro hoc poſteriore *Hugone* ſtant, quos vide in *Fabricii Bibl. med. Lat. L. VIII. h. v.* quibusque Codex noſter a prima manu adſtipulatur. Integros ille IV. *Claſtri Animae* Libros continebat, ut in *Edit. ſu- pracit.* habentur, at nunc poſt pag. 37. Libri III. *Capita* 4. excidere. Neque id fatiſ. Adeſt Liber V. quem in *Editis* non reperio, at- que hic eodem fato truncatus eſt 6. primis *Capitibus*. Ejus Prologum et Summam hic adſcribam. *Sicut comperi. non eſt tibi frater boneroſum. diu fuiſſe diſcipulum.*

nec ad hoc laboras. licet ad hoc uo- ceris. ut te uocent alij magiſtrum. *Locum prelutionis attendis et con- ſideras. et ideo forſitan ruine peri- culum metuens preeſſe formidas.* *Anima ſiquidem res ſubtilis eſt. nec aliquo corporeo ſenſu comprehendere poteſt.* *Et cum uix aliquis ſit qui animam ſuam in pace poſſit regere. dubitas niſi fallor. qualiter alter al- terius anime ualeat prouidere.* *Mul- ta etiam corpori neceſſaria ſunt. que uix ad libitum ſubditorum mi- niſtrari poſſunt.* *Ergo frater cum premiſſa conſideras. non eſt mirum. ſi preeſſe pluribus expaueſcas. for- ma nimirum religioſe uite aſſimila- ri poteſt uolubilitati materialis ro- te.* *Vt igitur ante oculos claſtra- lium quaſi ſpeculum quoddam po- nam. rotam prelutionis in capite preſentis opuſculi pingam.* *Explicit Prologus. Incipiunt capitula.* *De pictura rote I. De hiis que ſunt in rota. II. De auxe. III. De modiolo. IV. De ſtridore au- xis. V. Qualiter auxis ungitur. VI. Quod axis perunctus ſilet. VII. De primo et ſecundo radio. VIII. De tertio et quarto radio. IX.*

De quinto et 6. radio. X. De 7. et 8. radio. XI. De 9. et 10. radio. XII. De 11. et 12. radio. XIII. De hiis qui in prelationem eliguntur. XIV. De circuitu rote et de cantis. XV. Vtrum qui inuitus ascendit peccet. XVI. De hiis qui locum prelationis appetunt et de hiis qui inuiti obediunt. XVII. Qualis debeat esse prelatus teste beato gregorio. XVIII. Atque de his non solum, ut dixi, 6. priora Capita evulsa sunt, sed promissae etiam Picturae nonnisi laciniola restat. Capitis 7. initium est: *Primus radius qui procedit ex modio est bona intentio &c.* Finis totius Libri: *donec de his aliquis potiora dicat.* Et tunc demum adponitur illa clausula, cuius supra memineram, vitiata: *Explicit claustrum anime a hugone de sancto victore* (quod rescriptum) *compositum*; unde certum videtur Tractatum hunc de *Rota Praelationis* etiam ad *Hugonem de Folieto*, seu *Laurentianum*, Sec. XII. Scriptorem pertinere.

IV. fol. 58. p. 2. *Epistola presbiteri Iohannis ad A. constantinopolitanum imperatorem missa de regno potentia et magnitudine et diuitiis eiusdem Iohannis presbiteri et regis.* Nugae Fraterculi cuiusdam in variis Bibliothecis obviae, et jam ad *Emmanuelem Regem Lusit.* jam ad *Fridericum Imp.* jam ad *Gubernatores CPoleos*, aut *Romae directae* hoc ingressu: *Iohannes presbiter potentia et uirtute dei et domini nostri ihesu christi dominus dominantium A. constantinopolitano gubernatori salute gau-*

dere et gratia ditandi ad ulteriora transire. Annuntiabatur apud maiestatem nostram, quod diligebas excellentiam nostram &c.

V. fol. 59. p. 2. *Intentio Magistri Ysaac in canone Misse.* *Intentionem* vocat, quia de animo in sacro illo Officio defigendo res est. *Initium: Domino et patri in christo semper uenerabili et digne amando Iohanni dei gratia pictaorum episcopo. ysaac salutem et obsequium et obedientiam. Ecce quod diu multumque postulando impetrare non potuit uestra humilitas, imperando cito extorsit auctoritas &c.* Vides epistolarem esse *Dissertationem*, quam edidit *Bertr. Tissierius Biblioth. Cisterc. T. VI. p. 104.* cui *Autor Anglus, Abbas Stellae in Gallia et D. Bernardo συγγεγος* est. Defuit tamen *Tissierio* *Articulus* ultimus, qui incipit: *Sequi nos oportet uictuale nostrum &c.* Itaque plenior comparet *Isaac* in *Dacherii Spicil. T. I. edit. novae p. 449.* Est nihilo minus, quod e Codice nostro adjungas, *Expositio* videlicet *historica et mystica triplicis Altaris*, cuius *initium: Primum altare est eueum. Secundum aureum. tertium est propitiatorium &c.* quamque ad eundem *Episcopum* dirigi non dubito; cum enim superius per *decursum eum Patrem serenissimum* compellaverit, hic finit: *Valeat serenitas tua pater karissime.* Quare hunc veluti *Codicillum* prolixiori illi *Epistolae* adjecerit *Isaac.*

VI. fol. 61. *Ivonis Carnotensis Ep.* quaedam hoc ordine: 1) *Epistola ad Leudonem contra illos, qui*

qui afferebant, a non ordinatis verba canonis proferentibus confici corpus christi. Init: *Post multam oblivionem &c.* et est in edit. *Paris. 1647.* p. 29. f. Epistola L. XIII. 2) Collectanea evulso folio ἀνεφαλα ex Opp. Hieronymi et Ambrosio de Sacramentis. 3) Epistola ad Leudonem repetita. 4) Ad Johannem Ep. Aurelian. Init: *De libero viro &c.* Edit. cit. p. 94. n. CCXXI. 5) Ad Clericos Eduenses. Init: *Quoniam uniuerse uie domini &c.* p. 95. n. CCXXII. 6) Ad Monachos Columbenses. Init: *Ut uerbis dominicis utar &c.* p. 82. n. CXCII. 7) Ad Pontium Abb. Cluniac. Init: *De Monacho, qui in ignem cadendi &c.* Est tantum altera pars Epistolae p. 98. n. CCXXXI. 8) Ad Lysiardum Ep. Sueffion. Init: *De conjecturis aliquem reum fieri &c.* Pars altera Epistolae p. 119. n. CCLXXX. 9) Ad Hugonem Archiep. Lugdun. Init: *Factum est ut imperastis &c.* p. 26. n. LX. 10) Incipiunt exceptiones yuonis carnotensis episcopi. Prologus nempe in ejus Decretum. *Exceptiones ecclesiasticarum regularum partim &c.* ut edit. cit. P. I. p. 1. Verum nihil praeter Prologum, cui subscripsit Librarius: *Deficiunt specialia libri precedentis.* Lectio Codicis in his fatis proba.

VII. fol. 68. *De amore huius mundi et amore dei differentia.* Initium: *Inter amorem huius mundi et amorem dei hec est differentia &c.* Habes in ἐπιτομῶν contractos hic Hugonis a S. Victore Libros IV, de Arca Noe, qui extant Opp.

omn. edit. *supracit.* T. II. p. 298. ita, ut dissimulato Prologo Excerptor pervadat omnia usque ad L. IV. c. 8. in cuius verbis: *ibique a strepitu exteriori quasi in archa requiescit; sinit.*

VIII. fol. 72. p. 2. *Incipit epistola sancti polycarpi martiris smyrneorum episcopi discipuli sancti Johannis euangeliste.* Incipit: *Policarpus et qui cum eo sunt Presbiteri — Congratulatus sum uobis magnifice &c.* et est antiqua Versio, prout extat in *Joh. B. Cotelerii Patrib. Apostol.* T. II. edit. Cleric. p. 188. una cum extrema parte, quae graecè non habetur.

IX. fol. 73. praemisso Hieronymi de *Viris illustr.* C. XVI. Epistolae B. Ignatii Ep. Antioch. et Martyris numero XII. videlicet: ad Mariam Cassobolitam, Trallenses, Magnesianos, Tarsenses, Philippenses, Philadelphenses, Smyrnaeos, Polycarpum, Antiochenos, Hyronem Diac. Ephesios et Romanos, atque adeo has inter Subposititiae ad Mariam, Tarsenses, Philippenses, Antiochenos et Hyronem. Versio antiqua illa est, quam Cotelerius T. cit. p. 142. repraesentat, quaeque jam Sec. IX. Adoni Viennensi nota fuit.

X. fol. 83. *Incipit epistola alexandri magni regis macedonum ad aristotilem magistrum suum de itinere et de situ indie.* Initium: *Semper memor sum tui etiam inter dubia bellorum nostrorum karissime preceptor &c.* Paene gemella illi, quam supra Presbyteri Johannis indicavimus. Et tamen ineunte Sec. nostro Andreas Paulini veluti

γνησιον edidit Giffae a. 1706. 8. et Corn. Nepotem interpretem (neque enim graeca extant) praefigere, et eam styli tersissimi et aurei seculi praedicare Juventutique propinare, sustinuit. Exemplar nostrum hac editione mendosius est. Confer, si lubet, Fabr. Bibl. Graec. L. II. c. 10. §. 17. p. 420.

XI. fol. 86. Regule bene uiuendi de diuersis patrum dictis extracte et hic collecte. Hoc ex calce; primum enim folium rursus deperit. Nullum isthaec Γνωμολογία seruat ordinem, Patribusque etiam Boethium et Senecam miscet. Quaedam Monachos tangunt inserta rubrica: *In sequentibus tan-*

*Natus homo uel humus nescio mentis inops.
Me domini socij noti quod majus amici
Pro scelus in medio deseruere mari.*

Facile vidi designari Henricum Septimellensem, alias Pauperem, a Florentinis suis dictum Arrigetto, unde nostrum Henricellus vel Henrichettus, de quo, et ejus

Et dedignaris cum ratione loqui,

lectiones aliquas habet, quas Leyserianis praeferas, estque Commentario illustratum. Ita ad v. Nuper alamannus &c. Leyf. p. 467. legas: *Rex herricus filius frid. imperatoris pergens cum magno exercitu de alamannia in apuliam (contra Tancredum) perdidit apud salernum uxorem (Constantiam) et multos milites et pedites, et hoc quod reducitur ad similitudi-*

git parum de monachis. Sententia postrema: Aliquis uir bonus nobis eligendus est. atque ante oculos ponendus semper. ut sic tanquam illo spectante uiuamus. et omnia tanquam illo uidente faciamus.

Per decursum Codicis variis locis inserta sunt folia Indicem in Opera Gregorii M. exhibentia. Fol. 91. p. 2. manu Sec. XV. adscriptus est Elenchus eorum, quae tunc hoc Codice continebantur, unde varia deperiisse liquet. Denique adtexta sunt manu diuersa, Sec. tamen XIV. conscripta folia duo, in quorum ora supera legas: *Elegia Henricelli vel Henrichelli*, initiumque tale:

Elegia Leyserus Hist. Poet. med. aevi p. 450. Fabricius cum Supplem. Mansii L. VIII. p. 227. et ego alibi. Fragmentum istud, quod definit:

nem scaccorum. Italum fuisse Commentatorem inde arguo, quod τω uexilla salutis inscripsit: li banderj.

CCCXCII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 262 XIV. Folior. 181. f. min. per duas columnas non una manu exaratus, rubricis enotatus, et, ut praefert